

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Excusacio n  
cum fonte primo

Noli iudicare proximum, sed magis excusa.  
Excusa intencionem, si opus non potes:  
puta ignoranciam, puta subreptionem, puta casum.  
Quod si omnem omnino dissimulationem rei certitudo recusat,  
suade nichilominus tibi et dicito apud temetipsum:  
Vehemens fuit temptacio.  
Quid de me illa fecisset, si accepisset in me similiter potestatem?

Bernardus super Cantica sermone XL.

Etiamsi perperam actum quid deprehendas,  
nec sic iudices proximum, magis autem excusa.  
Excusa intencionem, si opus non potes:  
puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum.  
Quod si omnem omnino dissimulationem rei certitudo recusat,  
suade nihilominus ipse tibi, et dicito apud temetipsum:  
«Vehemens fuit nimis tentatio;  
quid de me illa fecisset, si accepisset in me similiter potestatem?»

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*,  
40.5 (SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.27,  
ll.22-27).